Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Vae terre et mari quia descendit diabolus ad uos
habens iram magnam. Terra et mare unum idemque sig
nificat. sicut daniel apte demonstrat. Qui cum diris
set uidisse se quatuor uentos pugnantes in mari
magno adiecit. et quatuor bestie ascenderunt de
terra. hoc ipsum significans per terram quod et per mare. id
est hunc mundum in quo miseri fluctuant. qui
semper terrena petunt. Ita ergo et hic terra et mare
reproborum significant corda. quibus e ue. idem eterna
damnatio. uel perditio. ad quos uersutus inimicus ex
pulsus ab electis descendit. non quo in illis ante non esset
sed quia exclusus a suis. amplius in suis dominare
cepit. Qui recte terra nuncupantur et mare. quia dum
semper terrena petunt. superbie fluctibus tumidi et uici
orum illecebris amarissimi inueniuntur. Talibus itaque
ue immane idem eterna damnatio quia deiectus ab
edibus diabolus cum ira magna. sciens aduersus eos
et tanto utique hoc agit feruentius. quanto uicinu
orem sibi sentit ad eam penam. Unde subditur.
Sciens quia modicum tempus habet. Modicum
quippe tempus presens intelligitur uita. de qua et
apls dicit. Filioli. nouissima hora est. Et si compu
temus omne tempus ab exordio mundi. usque ad finem
seculi. eternitati comparatum breuissimum est. Quia
diabolus in primo se scit esse damnandum. ad exercen
tandam malicia sua. angustum ei uidetur. hoc tempus
qualibet pluris morarum spacius prendat. Consideret
quippe quod iuxta sit. ut licentiam nequissime
libertatis amittat. et quanto breuitate temporis